Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25879
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Liber VI.

Nam oīa sue qui ea coluit cū eis de ibūt ī ignē eternū.
Tunc Sisinnius comes hec audiens ualde iratus ē! et
iussit spiculatoribus. Vsi ioui thura nō ponerent.
capitali sententia plecterentur. Beatissimi uero martires Can
tiani una cū pro pedagogo suo gaudentes et ipsallen
tes ducebantur a spiculatoribus. Tunc beati famuli dei
expansis manibus ad celum orationē fuderunt dno dicen
tes. Dne ihu xpe qui perseuerantibus in tuo nomine te patrem et
matrem esse dixisti: et pro temporalibus futura et perpetuis eterna da
re promisisti. te obsecramus amatorem pure conscientie ut
respicias de sumitate celorum ad hanc horam ut susci
pias animas nostras in pace. et inter sanctos et electos tuos collo
cari precipias! ut cognoscant omnes quia tues dns benedic
tus in secula. Et cū complessent orationē. ponentes genua
suscipiunt gladium! et accipiunt coronas sempiter
nas. Et ecce sanguis eorum tamquam lac omnibus uidentibus appa
ruit. Quo tempore beatus Zoilus uenerabilis pbr colli
gens beatissimorum martirum corpora cōdiuit aromatibus pre
ciosis. et in loculo secreto collocauit! quia et ipse hoilus post
aliquantum temporis perrexit ad dominum.
Vita petronelle uirginis superius in passione gerei et achillei
preqre.

Incipit Plogus

VOLUTIS
Huius opusculi quinque
precedentium librorum
compendiis! quibus patrum
scripta scrutantes!
pauca de pluribus scri
bendo perstrinximus!
nec ex proprio ut ad sex
ti initium ueniamus. in
sequentis ratio postulat. et
uiam sanctissime presul hortatio cogit quam nos ad scribendum
semper impellit. Laborem namque impendimus. uerum ad la
boris effectum peruenire nequimus. nisi ipse prestiterit. qui pro se la
borantibus in fine premium reddit. Vnde et nos ab ipso pos
tulamus auxilium. et pagine figimus stilum.

Vita sancti Symeonis monachi

Sanctus igitur Symeon
Ex utero matris sue electus
est a deo! et meditabatur pa
rere deo et placere illi. Erat
autem iste filius sosonion nomine!
et nutriebatur a parentibus suis.
Qui cum factus esset annorum trede
cim! pascebat oues patris
sui. et uidens ecclesiam ingressus
est! audiuitque ibi apostolum legi. interrogauitque unum se
niorem ait. Domine quid est istud quod legitur? Senex respon
dit. Substantia anime! ut discat homo timere deum ex to
to corde et ex tota anima. Dixit beatus symeon. Quid est
timere deum? Dixit ei senior. Quare me fatigas fili? Et
ille: quia deum interrogo te. Ista que ante audio discere uolo!
quia ignarus sum et stultus. Respondit ei senior. Fili! si quis ieiunauit
et uigiliis et obsecrationes fecerit per monasterium. et humiliauerit
se ipsum omni honori. et non dilexerit aurum neque parentes.
neque uestimenta. neque possessiones. et honorat patrem et ma
trem et sacerdos dei prosequitur. hic hereditabit regnum eternum!
et qui ecclesiastica ista non custodit. hic hereditabit tenebras exteri
ores quas parauit dns diabolo et angelis eius. Ista omnia fili in
monasterio exagerantur. Audiens hec beatus symeon! cecidit
ad pedes eius dicens. Tues pater meus et mater mea et doctor
operum bonorum. et dux ad regna celorum! tu enim acquisisti animam
meam quia iam mergebatur in perditionem. Dns tibi reddat uicissi
tudinem pro anima mea! ista sunt enim que edificant. Ego autem non
uadam sicut docuisti in monasterium. uel dns uoluerit! et fiat
uoluntas eius in me. Dixit illi senior. fili postquam ingrediaris
monasterium. audi quod dico. Tribulationem habiturus es! ne
cesse est enim seruire et uigilare in nuditate et indesinenter
sustinere mala. et iterum confortandus es uac preciosum deo.
Et statim exiens beatus symeon de ecclesia ibat in monas
terium sancti Timothei magnifici uiri! et procidens ante fo
res monasterii iacebat per dies quinque non manducans neque
bibens. Et die quinta egrediens abbas timotheus! inter
rogauit eum dicens. Vnde es fili. aut quos parentes habes.
quia sic afflictus es! aut quod est nomen tuum. ne forte aliquid
mali gesseris! aut forsitan seruus sis et dominum tuum fuge
ris? Tunc beatus symeon cum lacrimis dixit. Nequaquam domine sed op
to ut sim seruus dei si ipse uoluerit. quia uolo seruare
animam meam perditam. Iube ergo me introire monasterium!
et omnibus deseruire. Noli me foris remanere diuinus.
Tunc apprehensa manu eius introduxit eum abbas monasterium
dicens fratribus. filioli mei. ecce trado uobis istum fratrem! docete eum
canones monasterii. fecit autem in monasterio quasi menses
iiii. seruiens omnibus sine querela. in quibus psalterium ex uniuersa
memorie commendauit! cotidie percipiens cibum diuinum.
Cibum uero quem simul cum fratribus accipiebat. tacite pauperibus
erogabat! non sollicitus de crastino. fratres uero aduesperum! ille
uero septima die cibum sumebat. Vna autem dierum egressus ad
puteum aquam haurire. sumpsit funem de situla unde fratres
aquam hauriebant. et inuoluit eum toto corpori suo nudo are
nibus usque ad collum! et ingressus dicit fratribus. Exiui hau
rire aquam! et non inueni funem in situla. Et illi dixerunt.
Tace frater! ne forte agnoscat abbas quousque tempus preterat.
Putrefactum est autem corpus eius de obligatione et asperitate funis
quia secabat eum usque ad ossa! ingressus est enim in carnem in
ut uix appareret. Quadam autem die exeuntes aliqui ex
fratribus. inuenerunt eum cibum suum dantem pauperibus. Et in
gressi! dixerunt abbati. Vnde nobis adduxisti hominem is
tum? Non possumus abstinere sicut ille de dominica in domi
nicam ieiunat! cibos quos accipit pauperibus erogat! et fetor grauis
simus egreditur de corpore eius! in uno nullus iuxta eum stare pos
sit! et cum ambulat uermes de corpore eius cadunt! lectusque